



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/303877>

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI CHRISTIANI VAN GOUDOEVER,

MED. CHIR. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

RUDOLPHUS SANDBERG,

Zuollanus.

A. D. XVI M. MARTII, A. MDCCCLVIII, HORA III.



Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUIJFF,

MDCCCLVIII.

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

T H E S E S.

I.

Non faciendum cum Cl. MACKELDEY, affirmante verba „sed ad dominum proprietatis reversurum usumfructum,” in fr. 66 D. de jure dotium, „non univ-erse intelligenda esse, sed modo pertinere ad spe-cialem casum, quem ille locus Pandectarum tractet.”

II.

Dolo causam dante contractus bonae fidei nullus non fit.

III.

Minus recte Cl. SAVIGNIUS (Syst. d. heut. röm. Rechts, IV, § 160) putat ad naturam donationis non pertinere, ut accipiat.

IV.

Recte *ELVERS* (die röm. Servitutenlehre, s. 355) *servitutum stillicidii non recipiendi explicat tanquam jus „vermöge dessen der Nachbar sein Regenwasser nicht ableiten darf, sondern dem Servitutberechtigten zukommen lassen musz.“*

V.

Art. 716 C. C. ita explicandus videtur, ut semper primo loco prospiciatur commodo ejus qui viam praestare tenetur.

VI.

Art. 484 C. C. limitative scriptus est, ideoque verba „zelfs wanneer deze handligting hebben bekommen“ in art. 1053, nulla esse possunt in difficultate.

VII.

Si quis testamento suo heredes ab intestato exclusit, nullum vero heredem instituit, bona ejus ad civitatem pertinent.

VIII.

Ultima verba art. 950 C. C. „en — toebehoorende“ partim abundare, partim minus vera continere mihi videntur.

IX.

In tutore removendo iudicium contradictorium locum non habet.

X.

Minus recte Cl. DIEPHUIS (Ned. Burg. Regt, III, p. 558) docet fundi redditus (grondrente) petendos esse actione personali.

XI.

Recte peregrinus, intra regnum domicilium dum habet, a peregrino coram iudice Neerlandico vocatur.

XII.

Non ita alin. 2 art. 367 C. M. explicandam censeo, ut magistro navis sententiam suam sequi non liceret, nisi ipsis nautis, quorum rogata erat sententia, inter se dissentientibus.

XIII.

Minus probandus videtur art. 189 C. M.

XIV.

Recte iudex cantonalis Amstelodamensis (Weekbl. v. 't Regt, No. 1877) statuit, non unice magistro

navis, verum etiam proprietario aut ratiocinatori competere actionem ad repetendam mercedem nautae solutam, sed ab eo reddendam.

XV.

Verba „Travail personnel” in art. 309 C. P. non sunt intelligenda de vulnerati labore consueto.

XVI.

Nocte in domo aliena qui versatur, ob furti conatum minime esse puniendum recte CHAUVEAU et HÉLIE (théorie du C. P. II, p. 39) contra ROSSI statuerunt.

XVII.

Nimis restringere mihi videntur art. 415 C. P., qui dicunt illum tantum referri ad casum, quo conventiculum tenderit ad mercedem augendam.

XVIII.

Maleficia, quorum inter committentes tantum pacto convenit ut ex iis acquisita inter se dividerent, connexa non sunt habenda.

XIX.

Minus recta videtur interpretatio art. 49 alim. 3 legis Municipalis in Decr. d. 4 m. Sept. 1857 (Stsbl. N°. 106).

XX:

Cum art. 164 legis Fund. minime conveniunt illa decreta quae omnibus civibus, cosque inter Judaeis, die Saturni opus quoddam faciendum imponunt.

XXI.

Optandam censeo obligationem lege parentibus imponendam liberos suos in scholam mittendi.

XXII.

De belasting, in de wet op het regt van successie bekend onder den naam van „regt van overgang” is strijdig met de beginselen der staathuishoudkunde, voor zoo verre zij wordt gheven op binnen dit Rijk gelegen vaste goederen, *alleen* in het geval dat die goederen geërfd worden van iemand *die geen ingezetenen is van het Rijk.*

XXIII.

Ten onregte heeft de Regering dikwijls middelen aangewend om de deelneming in binnenlandsche geldleeningen te bevorderen, en die in buitenlandsche tegen te gaan.

...the ... of ...

...

...

...

...

...

...

...

...